



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

26. An per mortem naturalem vacet beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

dicitur vacare in partibus, & non in curia; quia in loco, in quo est procurator & mulier, est mutuus consensus, & ibi fit matrimonium, & sic perficitur vacatio, ac consequenter, si matrimonium fit contractum in mense Apostolico, intrabit reservatio regula 8. Gonz. cit. gl. 15, §. 2. n. 15, citans Vitalin. in clem. 1. ut lit. pend. n. 70.

6. Respondeo sexto: ibi contingit vacatio beneficii, ubi illud resignatur. Paris. l. 1. q. 4. n. 50. dicens esse communem opinionem ab omnibus receptam, ac citans pro eâ gl. in clem. 1. ut lit. pend. 7. collatio. Vitalin. in clem. unic. de renunc. nu. 40. Simonet. de reserv. c. 31. Rebuff. in p. 2. tit. forma signat. & plures alios. Ratio est, quia quoad beneficium resignatum resignans dicitur mori eo loco, ubi facta resignatio, & ideo non attenditur locus, ubi resignans moritur, vel de beneficio litigat. Paris. ib. n. 51. citans C. Paris. cons. 10. n. 2. vol. 4. Unde jam si beneficia fuerint resignata corâ Ordinariis, dicuntur vacare extra curiam in locis, ubi fit cessio. Paris. cit. n. 50. nisi forte fieret resignatio in manibus proprii Episcopi resignati forte præsentis in curia, tunc enim diceretur beneficii resignatum vacare in curia, etiam dum dicta resignatio fieret permutationis gratiâ, Gonz. gl. 13. nu. 43. citans Covarr. l. 3. var. c. 20. n. 9. secus iterum esset, si resignatio fieret coram Ordinario ultra duas dietas à curia; tunc enim diceretur vacare extra curiam, seu in partibus à pari illius, quod tradit Paris. l. 10. q. 6. n. 66. quod morienti beneficiato ultra duas dietas à curia non vacet beneficium in curia. Porro procedit responsio primaria, etiam si resignatio fiat per procuratorem, dicitur enim vacare beneficium, ubi facta est cessio per procuratorem. Paris. cit. nu. 50. citans Vitalin. ubi ante. Archid. in c. licet. ut lit. pend. item l. 9. q. 14. n. 1. Garc. p. 5. c. 1. n. 75. sic, si beneficium existens in partibus ab existente in partibus per procuratorem in curia Rom. resignetur, dicitur vacare in curia, & non in partibus, ubi constitutus procurator, seu confectum mandatum ad resignandum. Gonz. loc. cit. n. 11. citans Imol. in clem. 1. ut lit. pend. Paris. cit. q. 14. nu. 1. citans Rebuff. in pr. tit. de procurat. ad resign. n. 2. Fusc. de visit. l. 2. c. 21. C. Paris. cons. 10. num. 1. vol. 4. Bellam. de permut. ver. p. 8. q. 3. n. 8. & c. Pari modo beneficia ex permutatione facta per procuratores vacant, non in loco, ubi constituti ad hoc procuratores, aut ubi domini constituentes morantur, sed in loco, ubi fit permutatio. Azor. p. 2. l. 7. c. 22. q. 15. ubi etiam quod contrarium sit dum amicus vel alius beneficium meum resignasset vel permutasset, & ego id dein ratum habuisssem, nempe vacare beneficium ibi, ubi istam resignationem ratam habeo.

7. Respondeo septimo: beneficia reservata per extray. ad regimen. de prebend. inter communes, & per extray. executabilis. eod. tit. dicuntur vacare in curia. Gonz. gl. 13. nu. 46. & latius gl. 52. quin & omnia beneficia affecta seu reservata dicuntur vacare in curia. Gonz. §. 5. proam. n. 141. & cit. gl. 13. n. 46. citans Calder. cons. 9. in fine, de prob. Simonet. de reserv. q. 30. n. 4. En. de Falcon. de reserv. q. 4. in principio, effectu 1. num. 1. & c. de cetero, quid sit, & quæ beneficia dicantur vacare apud Sedem vel in curia, & quod inter hæc duo discrimen, dictum est aliàs: vide de hoc fusè Gonz. cit. gl. 13. ferè per tot. illud solum observa, & infer ex dictis, beneficia dici vacare apud Sedem seu in curia, non solum per obitum in illa, sed etiam quando ibi fit renuntiatio vel privatio, aut si ibi alii modi vacationis indu-

P. Leuten, Forti Benef. Tom. III.

cuntur. Garc. p. 5. c. 1. n. 73. citans Simonet. de reserv. 28. n. 29. 30. & ibi Granut. Gamb. de off. leg. l. 3. n. 124.

8. Respondeo octavo: in dubio beneficium præsumitur vacare in illo loco, in quo beneficiatus habebat domicilium; hinc si beneficium requirebat residentiam personalem, ibi præsumitur vacasse, ubi beneficium consistebat: (quemadmodum enim maritus cum uxore habitare præsumitur, c. 1. qui matrimon. accus. possunt. ita clericus in Ecclesia sua residentiam facere præsumendus est. c. ex rua. de cleric. non resid. & ibi Abb. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 35. n. 1. Mascac. concl. 1277. n. 3. quos citat & sequitur Gonz. gl. 15. §. 2. n. 29. & 30.) si verò residentiam non requirebat, præsumitur vacatio contigisse in loco, in quo beneficiatus ordinariam habitationem habebat. Gonz. gl. 15. §. 2. n. 25. vacat enim beneficium, ubi persona moritur, ut dictum, præsumitur autem quis mori, ubi degere solebat; cum abiisse non præsumatur, ut Old. cons. 229. n. 3. Gonz. l. c. n. 26. & 27. adde, quod præsumatur contingere in diocesi, ubi beneficium consistit. Gonz. gl. 32. n. 47.

PARAGRAPHVS II.

De vacatione per mortem naturalem.

Quæstio 26. An per mortem naturalem vacet beneficium?

Respondeo: primus ac præcipuus vacationis modus est per obitum & mortem naturalem. c. susceptum. de reserv. in 6. & ibi gl. & DD. communiter. Gonz. gl. 15. nu. 3. cum communis; mors enim omnia jura solvit, auct. de imptis. §. deinceps. collat. 4. quod usque ad eò verum est, ut etiam si beneficiatus miraculose resurgeret à mortuis, nullum jus ad recuperandum beneficium haberet. Gonz. ibid. n. 6. Castrop. de benef. D. 6. p. 1. n. 1. citans Barb. de pot. Ep. alleg. 57. n. 199. non tamen vacant per mortem naturalem, utpote nullo vacationis modo vacabilia beneficia accessorie in perpetuum unita alteri. Item beneficia de mensa, & beneficia Ecclesie non numerata. Castrop. loc. cit. n. 2. Pirh. ad tit. 8. l. 3. n. 24. juxta dicta à nobis §. præced.

Quæstio 27. Quid veniat, vel non veniat nomine mortis; quid nomine mortis naturalis?

1. Respondeo ad primum: Primò, Mortis appellatione in jure non venit aliud quàm hominis interitus. Lott. l. 3. q. 10. n. 1. neque enim venit deportatio, neque condemnatio ad mortem. Lott. ibid. n. 2. & 3. sed neque mors civilis reperitur seu datur in jure. Lott. n. 7. ex rebuff. sed id nomen magistrale est à magistris juris inventum. Lott. ibid. ex Eman. à Costa, ad significandâ mortem fictam, ratione nimirum alicujus æquiparationis in casibus, in quibus eundem effectum, quem mors naturalis, operatur. Lott. n. 8. & 9. citans Præpos. in c. in apibus. 7. q. 1. n. 2. Old. cons. 248. n. 4. & c. Idem dicendum de voce decessus, & verbo decedere, ut propriè mortem naturalem significet, Lott. n. 10. & l. 3. q. 9. n. 4. & 5. Item de voce obitus, quâ frequentius utimur in

B

conci-